



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S Anthimus Epis. M. S. Ioannes Ab. S. Anastasius Pp. 27. Apr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

S Anthimus Epif. M. S. Ioannes  
S, Anastasius Pp. 27. Apr.



Misericordia.

Beatus plane de cuius domo nunquam vacuo sinu pauper exiit. Amb.

Deus tuorum gloria sacerdotum, presta quaesumus, ut B Anastasij Pp. (B Anthimi Conf. tui atque Pont. B Joannes Abb.) cuius memoriam agimus, sentiamus auxilium, Per D.N. Iesum Chr &c.

Ora pro amicis tuis, &

1. S. Anastasius Pont. Rom. vir adeo bonus vitæque integræ, ut S. Hieron. teste, mundus visus sit non esse dignus qui diu illius vita frueretur. Ut tam clerus quam populus ad Euangelij lectionem assurgant decreto firmavit Ne mancus vel corpore viciatus sacris initiaretur sancivit. Omnibusque virtutibus præcipue vigilantiam pastoralis officij clarus migravit è vita circa sæculi quinti initium.

2 S. Anthimus Epif. & martyr in persecutione Diocletiani ob confessionem Christi Martyrij gloriam abiectione capitis accepit. Pastorem suum secuta est ciuitas Nicomediensis ad martyrium, per gladios, ignes & in mari submersiones.

3. S. Ioannes Abbas Constantino-  
polite tempore Iconoclastarum efflo-  
ruit, & sub Leone Isaurico pro cultu  
SS. imaginum plurimum certavit.